Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sacramentorꝫ celestiu· Et ad humiliatus illis uia puocans.
sine qua ianua celestis non potest inuenire· Si terrena dixi
uobis et non credistis· quomodo si dixero uobis celestia cre
detis· Terrena illis dixit ut in superiori lectione inuenimus·
cum de passione ac resurrectione sui corporis qd de
terra assumpserat loquens dicens· Soluite templum hoc·
et in triduo diebus excitabo illud· Non tamen credebant uobis
qd dixerat· Et nec hoc quidem intellegere ualebant· quia
non de alio quam de templo sui corporis diceret· Qui ergo
terrena audientes non capiebant· quanto minus ad celestia
id est diuine gratiae capienda mysteria sufficiunt·
Addit autem ad huc dns et de celestibus sacramentis et de rebus
instruere eum· quem uidet sapientem ac diligentem his qui audit
intendere· Celestis nanq; est ascensio eius ad uitam sempi
ternam· terrena uero exaltatio eius ad mortem temporalem·
Dicit ergo de celestibus· Et nemo ascendit in celum· nisi qui de celo
descendit filius hominis qui est in celo· Subiungit uero de ter
ris· Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto· ita ex
altari oportet filium hominis· Merito autem quaerit quomodo
dicatur filius hominis ut descendisse de celo· ut eo tempo
re quo hec loquebatur intra ea fuisse in celo· Nota autem est
confessio fidei catholice· quia descendens de celo· filius di· fi
lium hominis in utero uirginali suscepit· eique completa
dispensatione passionis sue resurrexerat a mortuis· et as
sumpsit in celum· Non ergo caro ex descendit de celo· neq; ante
tempus ascensionis erat in celo· Et qua ratione dr· nisi q descen
dit de celo filius hominis qui est in celo· nisi quia una ex pso
na est in duabus existens naturis· atq; ido filius hominis re
te dr et descendisse de celo· et ante passionem fuisse in celo·
quia qd in sua natura habere non potuit· hoc in filio di aqvo
assumptus est habuit· sic ppter eande unam ex psona quae ex duabus